

Hieron.

meditatur D. Hieronymus. In Septuaginta dicitur: hoc primum bibe, velociter fac, quia terra Zabulon, & terra Nephtali prima Christi vide- re miracula, ut prima biberet fidei portionem, que prima viderat Dominum signa facientem. Et juxta Hebraicam, primo tempore relevata esse dicitur, onere peccatorum: quia in regionibus duorum trium, primum Salvator Evangelium pradica- vit. Et crediderunt, juxta Symmachum veloci- ter, ut audientes: Venite, & faciam vos piscato- res hominum, statim & patrem reliquerunt, & na- viculam.

10.

Preparatio, ac dispositio in populis, ac audi- toribus maxime trahit ad se magistrum, doctri- nam ac caelestia beneficia. Scribens Apostolus ad Corinthios, Epist. 1. cap. 6. n. 7. ait eis: Spero, me aliquantulum temporis manere apud vos, si Dominus permiserit. Permanebo autem Ephesi, us- que ad Pentecostem. Ubi manifestum liquet, quod diutius Apostolus commoratur apud Ephesios, quam Corinthios; apud hos brevi tempore de- tinetur, cum illis vero longas moras trahit, ut verbum permanentis indicat. Sed quoniam hujus ratio; Magna dispositio ad recipiendum Evan- gelium trahit Prædicatorem veritatis ad longas moras apud Ephesios; ita enim de eis ait ibidem num. 9. Ostim mibi magnum apertum est, & evi- dens. At Corinthii non ita erant affecti, & incli- nati ad Doctrinam veritatis. De eis ait Paulus 1. Corinth. 3. à num. 1. Fratres, non potui vobis lo- qui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: lac vobis potum dedi, non escam; non enim poteratis; sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis. Divinus Paulus sua caelesti sapientia pro- perat ad avidos veritatis, declinat vero à carna- libus, & fastidiosus. D. Ambrosius in Psal. 118. serm. 2. Unde & Corinthiis dicit: Lac vobis po- tum dedi non escam, nondum enim poteratis: ideo hos in transitu vidit; manet autem apud Ephe- sios, quod ostium sibi magnum apertum esset, no- tum facere Genibus mysterium Christi. Et D. Thomas cap. 16. citato. Rationem autem ait, qua- re volebat morari Ephesi usque ad Pentecostem, subdit, cum dicit: Ostim mibi magnum, id est ma- gnum fructum facio in Epheso. Et dicit, ostium esse apertum, id est multa corda hominum ad cre- dendum parata.

1. Cor. 16.

Preparatio in auditoribus attrahit Prædicatorem ad docendum.

1. Cor. 3.

Ambros.

D. Thom.

QUÆSTIO IV.

Quare Christus ascendit in montem?

21. Ratio litte- ralis.

Leo. August. Interlin. Remig. Euthym. Theoph. Matth. 7.

IN sensu litterali sunt graves Patres, qui exi- stimant; quod Christus relicta turba, cum solis suis discipulis ascendit in montem, ut eos ibi in altis mysteriis instrueret. Ita sentit D. Leo Papa serm. de omnibus Sanctis. Segre- gatus, ait, à turba recessum montis, ascendit advocatis Apostolis, quot in sublimioribus insti- tutis imbueret. Idem sentit D. Augustinus lib. 1. de sermone in monte. Glossa Interlinealis, Divus Remigius, Euthymius, Theophylactus, qui ait Docuit nos, à media turba scedere, quando docen- dum. Sed contra hunc modum dicendi maxime urget, quod in fine sermonis cap. 7. num. 28. dicitur quod, cum consummasset Jesus verba hæc,

admirabantur turba super doctrina ejus. Sunt qui velint, quod Christus inchoavit sermonem cum solis discipulis usque ad illa verba: Attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, Matth. 6. num. 1. Et quod tunc supervenerunt turbae. Verum suavior est explicatio textus, totum sermonem fuisse continuum tam ad disci- pulos quam ad turbas. Ascendit ergo in montem, ut in locum eminentiorem, ut ex eo, tanquam è superiori, ac accommodatori loco discipulos, ac turbam circumstantem doceret, rationes mo- rales inquiramus.

Matth. 6.

22. Paschas.

Psal. 35

Loria.

August.

23. Glossa or- dinaria. Dan. cl. 2.

Quilibet, ut gubernet, & doceat, sit in proportiona- to sibi loco. Accommo- dandum in- feriorum vir- tibus. Paschas.

24. Idem.

D. Thom. Mat. 2.

Beneficia ad propinquos, & remotos extendenda. quod

25. Chrylost.

Prædicator, & auditor ascendans ad superna virtutum.

Bernard.

Amos 9.

26. Cassian.

Alber. Mag.

Jerem. 31. Prædicator invitet ad superna.

27. Psal. 2. Cypri.

Apoc. 13.

Quilibet, ut gubernet, sit in loco sibi apto.

28. Genes. 2.

quod steterit in loco campestri, quia si in plano federet ad paucos audiretur, & videretur. Ex quo habe documentum, quod ille qui præest in populo, & in Republica, ita suæ ubertatis fluentia diffundat, ut his qui in proximo sunt, non tantum fiant, verum etiam ad eos, qui in longin- quo, se extendant. Non solum consanguineis & amicis, sed etiam extraneis, ac remotis commu- nicentur. Vide cap. 7. num. 93.

Quartò, D. Chrystostomus in perfecto ho- mil. 9. Ascendit in montem, ait, ut ostendat nobis, quoniam in altitudine spiritualium virtutum con- sistere debet, qui docet justitiam Dei, pariter, & qui audit. De magistro ait: Qui docet, verborum suorum sit ipse exemplum, ut magis opere doceat, quam sermone. Qui autem ambulat per convallia vite terrena, & loquitur altos sermones, non alterum instruit, sed se ipsum castigat: nemo enim potest in valle stare, & de monte loqui. Si in terra est animus tuus, ut quid de celo loqueris: Et ad audi- torem veritatem sermonem: Qui audit justitiam Dei, ideo debet in altitudine bonorum operum consistere, quia discipulus imitator esse debet magistri. Si autem in peccatis vivas, & audias justitia verba, judicium tibi; non justitiam acquiris. Et de prædi- catore idem docet D. Bernard. serm. de omnibus Sanctis. Ascendit Christus in montem, ut præ- dicet; ascendit & turbæ, ut audiant: quia Præ- dicator, & auditor ad virtutum celsitudinem ascendere debent. Et ita Prædicator, ut ait Chry- stostomus, magis opere doceat, quam sermone. Ascendat & auditor, dum Prædicatorem imitatur, & opere adimplet, quæ audit. Amos 9. num. 6. Qui ascendit in celo ascensionem suam. Qui enim ad caelum dirigit iter per virtutum ascensionem scendere debet.

Quintò, Simon Cassianus lib. 10. cap. 1. in fine, Ab imis homines extollere venerat, atque ad alta sublevere, qui montem dicitur turbas, ascende- rat. Quod prolequitur Albertus Magn. In mon- tem ascendit, quia Prædicator ad eminentiam spi- ritus invitare debet, & trahere auditores. Jerem. 31. num. 23. Benedicatur tibi Dominus pulchritudo justitiae, mons sanctus. Prædicator maxime invitat ad spiritualia, utque à terrenis, ac temporalibus auditorum mens maxime separetur, ita ut de quolibet dicatur: mons sanctus; pulchritudo justitiae de quo quasi. 7.

Sextò, Christus Dominus, ait de se Psal. 2. num. 6. Ego autem constitutus sum Rex ab eo su- per Sion montem sanctum ejus, predicans præcep- tum ejus. Seu ut legit Cyprianus lib. 2. cap. 29. De Sina & Sion prædicans imperium ejus, seu vo- luntatem ejus. Mons Sion significat Ecclesiam, ut fatentur Expositores communiter ibi: Agnum stantem super montem Sion, Apoc. 13. num. 1. id est, Ecclesiam; Christus ergo ad prædicandum ascendit montem, qui Ecclesiam significat, estque locus sibi constitutus à Patre, ut inde instruatur, quod unusquisque ut gubernet, regat, & prædi- cet, stet in loco sibi designato, & assignat, nil enim perfectius, & excellentius, quam dum quilibet conservat ordinem, & locum sibi datum.

Post narratam totius orbis creationem, ait Scriptor canonicus: Igitur perfecti sunt caeli, & terra, & omnis ornatu eorum, Genes. 2. num. 1. Sed ad quid sit hujusmodi laudatoria repetitio? Nōne iustificabat, quod illa essent opera Dei; ut inde intelligerentur absoluta, & perfecta Nonne

postquam Deus creavit caelum, & terram, & ornatus eorum; Solem, Lunam, Stellas, arbores & plantas, dicitur: Vidit Deus, quod esset bonum? Ad quid ergo hujusmodi laudatoria repetitio? Concta, ut creata sunt operationes sibi propor- tionatas exercere, & ordinem sibi datum servare cœperunt; Sol, Luna, & Stella suos cursus peragere, terra, plantæ, & arbores germinare, flores, & fructus, & ita omnia in suo ordine, ac dispositione placuerunt, ut necesse fuerit iterum laudare, imò magno præconio extolle- re, cum perfectam, consummatam, & omnibus numeris absolutam dicat integritatem rei, eju- que naturam. Dionysius Carthusianus Mundus, ait, vocatur perfectus in quantum partes, & species, ad suam integritatem, ac ordinem pertinentes; cœ- perunt operationes sibi convenientes exercere, propter quas exercendas instituta fuerant: sicque dicitur Deus septimo die opus suum complisse: quoniam septimo die cœperunt opera sex dierum generaliter exercere, actus congruos sibi, & in vicem agere, atque similia propagari.

Cum Deus in monte Sina legem Moysi dare vellet, totus mons à presentia homini fumiga- bat. Posuit Moyses terminos, quos populus non transiret. Et ait: Sacerdos autem, & populus, ne transiant terminos, nec ascendant ad Dominum Exod. 19. num. 24. Sed quomodo Moyses pro- hibet accedere ad Dominum, cum David dicat: Psalm. 33. Accedite ad Deum, & illuminamini, Psalm. 33. num. 6. Nunquid Moyses aliud imperat, & David aliud suadet. Nunquid unus contrarius est alteri, David excitabat ad Deum accedere, ut ait Bruno- nius, non loco, sed fide, & opere; illuminamini, scilicet mente, & intellectu. Moyses autem pro- hibebat, loco, & corporaliter accedere, ne popu- lus moreretur: Omnis enim qui tetigerit mon- tem, morte morietur, ibid. num. 12. Dum ergo omnes è populo in suis stant locis, ac terminis, legem accipiunt è Deo, ut intellectu, ac mente illuminentur, die ac nocte meditentur in ea, sintque tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum dabit in tempore suo.

Valde periculosum est, atque mortiferum, quod suos res terminos transeat, inque sibi dato loco non stet. Ait Dominus ad mortem: Ero mors tua, mors; morsus tuus ero, Osee 13. n. 4. Sed quomodo Christus qui est fons vite extitit mors mortis? Mors introiit in mundum per pec- catum, ad Rom. 5. num. 12. Sibi peccati mors, ibid. 6. num. 23. & 1. Corinth. 15. num. 56. Ubi ergo peccatum erat, sibi & proprius locus mortis sibi conveniens: & tamen mors non est conten- ta suis terminis, sed ab eis voluit exire, & ad fontem vite, nempe Christum Dominum, face- re gressum, ideo ipsa mors cecidit, ac mortua est, & mortem invenit. Rupertus lib. 6. in Osee. Qualiter, ait, morsus tuus efficiat, mortis ero, cum vitam monderis, dirupto ventre vitam remittes, morte tua evadentibus vivis, quicumque vita ista sunt digni. Vide supra cap. 1. num. 59. & cap. 2. n. 81. cap. 8. num. 67. & lib. 2. cap. 1. num. 58. & 60.

Valde perfe- ctum, quod stet in loco suo.

Carthus.

Exod. 19.

Psalm. 33.

Brunon.

Dum quis suo stet loco fructificat & vivit.

30.

Osee. 13.

Rom. 50. 1. Cor. 15.

Rupert.

QUÆSTIO V.

Quare Christus sederit?

31. **A**scendit Dominus in montem, sedet, & aperiens os suum docet discipulos suos. **August.** Cur non stans docet, sed sedens? Respondet primò D. Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte: *Sedens autem docet, quod serinet ad dignitatem magistratus.* Et ita morem fuisse magistratus, sedendo, docere, colligitur ex *Matthæo 23. num. 59. Luc. 4. n. 20. Joan. 8. num. 2.* Quam usitatum consuetudinem Christus Dominus noluit contemnere; sed servare. Causam autem hujus consuetudinis explicat Albertus Magnus Nam stans laborat, & est cum fatigatione corporis; vadens, & deambulans instabilis est; jacens autem est inordinatus, & caput sursum non potest porrigere, & grossi spiritus in eo multiplicantur: sedens autem est animus plenus, & mansus ad meditandum. Et ita ait Aristoteles 7. Physicorum, *In sedendo, & quiescendo fit anima sciens, & prudens Ecclesiast. 11. n. 1. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnarum condelevit illum faciet.*

32. **Hieronymus.** Dominus Ascendit ad montem, & sequuntur discipuli: quibus & ipsis non stans, sed sedens, & contractus loquitur: non enim intelligere poterant in sua majestate fulgentem. Similiter Aymon. *S. S. Dei humilitatem Incarnationis ejus designat, qui enim sedet, contracta videtur habere membra, Dominus enim, quando ab initio in deitate Patris invisibilis mansit, nequaquam turbata multa ad eum accesserunt, postquam tamen humilitatis semetipsum Patri obediens, accesserunt discipuli ejus. Idem habet D. Thom. Sessio humilitatem significat. Tu cognovisti sessionem meam, Psal. 138. n. 2. Quando Dominus erat in sublimitate suæ majestatis, ejus admirabilis doctrina non poterat apprehendi: sed tunc ceperunt homines capere, cum se dominus humiliavit, ac contractus ad nostram infirmitatem condescendit; tunc accesserunt homines, ut ejus doctrinam caperent, & intelligerent. Vide cap. 2. n. 54. & c. 3. n. 26. 7. n. 71.*

33. **Matth. 20.** Ascendit Dominus in montem, & sedet. Paucha quies, quæ post perfectum laborem venit. Sedit Dominus in monte in cathedra magistratus, sed prius laboravit ascendendo. Qui laborat, ascendat, & sedeat in Cathedra magistratus. Dum petit molier Zebedæi pro filiis cathedras, dixit eis Christus: *Nescitis quid petatis, Matth. 20. n. 22.* Et tamen ipsismet filii Dominus cathedras promittit, Apostolis suis ait Dominus: *Sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim Tribus Israël, Matth. 19. n. 20.* Si eis promittuntur cathedra, quomodo mater appellatur nesciens, dum eas petit: Mater exprobat filiis cathedras, antequam calicem Domini biberent; Christus autem eas promittebat illis, qui relictis omnibus eum fuerant secuti. Rabanus *Nesciebant quid peterent, quia sedem gloriæ à Domino, quem nondum merebantur inquirunt. Dolebat eos culmen honoris sed prius habebant exercere viam laboris.*

34. **Psal. 10.** Quare Sedens æternitatis est, Dominus in calo sedes ejus, Psal. 10. num. 5. Et Christus sederit

ad dexteram Patris, *Marc. 1. num. 20.* Et Sancti confitentur in cœlestibus in Christo Jesu *Ad E. hes. 2. n. 6.* Sedit Dominus hic dum suam legem promulgat, per quod indicat æternam futuram, & in æternum duraturam: *Ecco vobiscum sum omnibus diebus usque ad finem sæculi.* At lex Moysi data est in transitu, per quod significabatur, quod lex illa esset transitoria, siquidem finem suum habuit in Christo. Et in Synagoga Deus non sedebat, sed stabat: *Deus stetit in Synagoga Deorum. Psal. 81. n. 1.* Et si aliquando dicitur Deus sedere in lege veteri, sedebat Dominus super Cherubim, *Psal. 98. numero 1.* Cherub autem habet alas ad volandum, non quiescendum. Quintò Abulensis *quasi. 9.* Sedit Dominus ad assignandam quandam maturitatem & digestionem in lege illa; quia ad tradendam legem, & præcepta, magna consideratio, ac animi maturitas requiritur. Et ita innovit in principio VI. Decretalium, *Hanc codicem cum magna maturitate digestum.* Hæc autem maturitas significatur in sessione. Et ideo Judex sedendo jubetur sententiam proferre.

35. **Sextò,** Sedit Dominus in terra, & in humo; in quo magnam humilitatem declarat; in ipso enim honore magistratus voluit formam humilitatis servare: sed ex hoc nihil exoritur dubium, quare Dominus, dum suis promittit beatitudinem, regnum cælorum, in ipsam terram, & suis discipulis magna, & præclara annunciat, quod sint sal terræ, lux mundi, civitas supra montem posita: ipse tamen in tanta humilitate, ac abiectione se exhibet, ut humi sedeat, formam humilitatis præferens, ut supra dixi ex D. Hieronymo Haymone, D. Thoma. Multum enim conducit, quod ille, qui magna pollicetur, in præcella sit sublimitate; nam ex ipsa majestate, & amplitudine spes redditur firma & certa, quod obtinere valeat id quod affectat. Quomodo ergo Christus cum promittat tantam, in tanta est humilitate; Solus ille, qui eam animi habet generositatem, ut thronos, sublines cathedras, omniaque contemnat, multa aliis elargiri valet; nam qui omnia sibi procurat, nihil in alios distillabit, sed præoccupabit, ut omnia omnibus officiis, & bonis impinguecat, ac repleatur.

36. **De magno parente** Elia ait Ecclesiast. cap. 48. num. 8. *Qui ungit Reges ad penitentiam, & Prophetas facies successores post se.* Elia unxit Hazael Regem super Syriam, & Jehu Regem super Israël, 3. Reg. 19. num. 21. Et unxit Eliseum in Prophetam *ibid. num. 26.* Et etiam unxit Jonam in Prophetam, ut citatum locum Ecclesiastici notant Lyranus, & Carthusianus. Sed unde Elias tantam promeruit excellentiam, ut Reges, & Prophetas ungeret, ac eos Dei mandato ad tam sublimem dignitatem designaret? De Elia ait D. Chrysostomus hom. 2. ad populum Antiochen. ad finem. *Ita vanitatem condemnavit, & tanquam lutum projectum aurum omne despicit, ut præter amicum illum, nihil amplius possideret. Meritò iste tantus, & talis eligitur ad unguendos Reges, & Prophetas; qui tanta animi generositate præstantiaque pollebat, ut omnia contemneret, & præter humilem melotem, qua operiebatur, nihil haberet. Valde aptissimus sanè, ut culmina Regum, ac Prophetarum per alios unguendo distribuatur; & alios in Reges, ac Prophetas designet.*

Deus, non in Synagoga sed in Ecclesia Catholica sedet.

In diebus humilitatis.

Hieron. Haymone. D. Thom.

Qui magnam contemnit, multa vultis dare vobis.

Lyran. Carthus.

Magnus spiritus contemtor, optima ad largiendum.

37. **Ambrosius** nil aliis vult elargiri.

Luc. 15.

Chrysol.

Cyp.

38. **August.**

39. **Bernard.**

Psal. 138.

Dominus humiliavit se, ut nos ad ipsum accedere possimus.

40. **Bernard.** Ille verò accedit ad Deum, qui affectu, ac imitatio virtutum accedit.

41. **Cum quis in sublimi est, ad eum multi accedunt.**

At verò qui omnia sibi cupit, nil aliis patitur elargiri, ac dari. Postquam junior frater venit è regione longinqua, magna est in domo patris exceptus læticia. Quod cum audisset senior frater, *Insignans autem volebat introire, Luc. 15. n. 28.* Cur non ingreditur, sed foris stat? Ipse præ sua ambitione totam paternam domum præoccupare volebat, & impatiens erat, quod alteri in ea locus concederetur, id enim à se ablatum, & ereptum reputabat. D. Chrysológus serm. 4. *Et quando invidus non avarus, quando quidquid habet alter, se computat perdidisse.* Duo fuerunt fratres, qui Romæ fundamenta dederunt; imperandi tamen ambitione unus alterum interfecit. Unde eleganter ait D. Cyprianus lib. de Idololatriæ vanitate. *Romanos geminos unum non capis regnum, quo unum uteri cepit hospitium.*

38. **I**n quæstionem ponimus: Cur Apostoli non dicuntur accessisse ad Dominum, nisi postquam ipse sedit? Respondet primò D. Augustinus lib. 1. de sermone Domini in monte. *Accedunt ad eum discipuli ejus, ut audiendis illius verbis, hi essent etiam corpore viciniore, qui præceptis adimplendis etiam animo propinquabant.* Volebat Dominus incipere hanc admirabilem concionem; ideo discipuli accedunt, tanquam cælestis doctrinæ avidiores, ut melius audirent. Deinde, quia erant, loci, ac intimè familiares Domini, in ejusque verlabantur schola, & ideo, quia propinquiores erant animo, conveniens erat, ut & essent corpore propinquiores. Valde enim decet, ut exterior apparentia interiorum imitetur, ac sequatur affectum.

39. **Secundò,** D. Bernardus serm. de omnibus Sanctis. *Cum sedisset, inquit, alogum quis ad excelsum illum gigantem posset accedere? Benignissime proorsus inclinavit se, & exinanivit usque ad sessionem, ut dicat Patri: Tu cognovisti sessionem meam. Psal. 138. Sedit enim, ut ad eum, quem ne ipsi quidem Angeli stantem attingere poterant, etiam publicani, & peccatores accedant.* Non accedunt homines, nisi postquam Dominus sedit; nam quando Dominus in suæ majestatis stabat celsitudine, nec Angeli ipsum attingere valebant. At postquam se Dominus exinanivit, ac humiliavit, quod sessio denotat, ut dixi superiori quæst. tunc non solum discipuli, sed etiam publicani, & peccatores accedunt.

40. **Tertiò** idem D. Bernardus citato loco. *Discipuli, inquit, accesserunt, non tam incessu pedum, quam affectu cordis, ac imitatione virtutum.* Non turbæ dicuntur accessisse, sed discipuli: ad Deum enim accedere dicitur, non qui corpore appropinquat, sed qui per imitationem virtutum appropinquat ad eum. Parum prodest ingressus ad Ecclesiam, vel ad Religionem, si amor voluntatis, propensio animæ longe est à Deo. Accede ergo affectu, ut Deum merearis habere.

41. **Quartò,** Ascendit Dominus in montem, eratumque illius eminenti loco; & tunc accedunt discipuli, Res satis usitata in hoc sæculo, dum

qui ascendit, & est in ascensu, ac supereminenti loco, multi sunt, qui ad eum accedunt, ipsam que cingunt. Illud tamen hic est maxime ponderandum, quod Evangelista non ait, quod discipuli accesserint ad Christum, dum ascenderet, ac esse in itinere ad montem, sed dum sederit: *quem sedisset, accesserunt.* Discipuli erant pro tunc imperfecti, & ad proprias commoditates intenti, ideoque ipsum Dominum non concomitantur in labore, & itinere, sed in requie, & sessione. At postquam sunt divini Spiritus gratia expoliti, virtutum nitore condecorati per cruceas, labores, ac pressuras Christum sequuntur, gaudentes: *Cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, gaudeat, & exultate, infra num. 12.* Nam amor imperfectus, non te, sed sua querit. At perfectus, non ad proprias commoditates, sed ad personam directe rapitur, totoque tendit affectu, ob bonitatem, quam in ea videt, & agno cit.

42. **Audita** morte Saulis, & Jonathæ, eos David maxime lamentatur, dicens: *Elia Israël super Saul stete, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui preparabat ornamenta aurea cultui vestro.* Et ita tunc ad Jonatham sermonem vertens, ait: *Doleo super te frater mi Jonatha decore nimis, & amabilis super amorem mulierum, 2. Reg. 1. n. 26.* Excitavit David ad planctum filias Israël pro morte Saulis, & se ipsum pro morte Jonathæ. Sed filibus Israël proponit multa bona, quæ è manu Saul accipiebant, vestes coccineas pretiosas, & ornamenta aurea. At de se ipso erga Jonatham nil tale commemorat, Foritan è memoria David excidit, quomodo Jonathas expoliavit se tunica, qua erat indutus, & deit eam David, & reliqua vestimenta, usque ad gladium, & arcum suum, & usque ad balteum, 2. Reg. 18. n. 4. Cur ergo sicut Israël puellis objicit: Vestes Saul acceptas, tibi etiam vestimenta à Jonatha data non proponit; sed tantum ait: *Doleo super te frater mi, &c.* Magnum interiacet discrimen inter utrumque amorem; nam amor filiarum Israël in Saulem, cum esset debilis, & imperfectus, non considerabat tantum Regis personam, quantum proprias commoditates, & affluentias bonorum amillas ut eas lachrymis prolequeretur; at Davidis amor cum esset charitate fervidus, & tra-

Amor imperfectus attendit ad suam, non ad te, perfectus vero è contrari.

Abulens.

Vide supra cap. 7. num. 77.

QUÆSTIO VII.

Quare lex Moysi datur populo in campetribus commorante: lex verò Evangelica proferatur discipulis, & turbis in monte stantibus.

Cum Deus daret legem Moysi, totus populus erat in campetribus: imo prohibi-

Amor imperfectus attendit ad suam, non ad te, perfectus vero è contrari.

Abulens.

43.